



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

VII. Quinam Principes Maximiliano auxilia subministrarint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

quid exclamasset, & nepos quidam eius accurrisset, quid sibi vellet rogans: ille in impetu in eum facto, fauces ei elidere conabatur: iuuenis vero arrepto qui proximus forte adstabat fabulo plenus folliculo, tamdiu se defendit, iustusque torques repetit, donec capulari seni animam è viro & imbecilli corpore eliseret. Is nuper ex Italia venerat, ut cognati, si quid ei humanitas accidisset, hæreditarem cerneret: cum vero ille hæredem illum aliter scribere nollet, nisi ut eandem quam ipse profiteretur religionem, hic vero conditionem recusaret, res ad eum vsque, quem iam diximus, casum infecta mansit: post quem ille collectis sarcinis, & conuafaris quæ poterat, clam discessit.

VI. Hic rerum in Transyluania status fuit ad Ferdinandi vsque mortem: quo rebus humanis exerto, Maximilianus Imperator & Hungariz ac Bohemiz rex, ius suum armis persequi, non destitit. Ut vero omnibus ingens suum tam erga Catholicam religionem quam Christiani orbis imperium contra Turcas conseruandi desiderium restatum faceret; quamprimum regno & Imperio fuit inauguratus, Germaniz Principes, etiam qui Protestantium sequuntur religionem, vigere, sollicitare & obsecrare non cessauit, ut interitum iam iam minantis Reipublicæ rationem habere, deque ea in melius restituenda, in commuac se, cum consulere vellent, in dicto eum in finem Augustam Vindelicorum Imperij conuentu. At plerique Protestantium per alia negotia sese excusabant, in primis vero per nuptias, quas tum Landgrauij filius cum Ducis Wirtembergici filia celebrabat. Post longas interpositas moras & reuersiones plerique omnes de auxilijs conferendis assenserunt: sed lente omnia procedebant. Interim vero Ioannes non Transyluaniz tantum Principem sed & Hungariz regem se ferebat, non suas quidem, sed protectoris sui immensas vires omnibus ad terrorem ostentans. Ad Hungaros scribens, à potentissimo Turcarum Imperatore & clementissimo suo benefactore per litteras & Zenitium Legatum iniunctum sibi esse aiebat. ut omnes regni status ad obedientiam sibi præstandam adhortaretur: eoque monere, nisi malam gratiam ab illo inire velint, qui ob immensam potentiam facile immorigeros castigare possit, ut dicto sibi audientes sint antequam à maximo illo exercitu, qui iam Constantinopoli egressus in viam se dederit, opprimantur. Non defuerunt qui ad saniora consilia Ioannem hortarentur, ut sci-

licet deserto Turcico federe, cum Christianis Principibus se coniungeret: sed contrarium ei Petrouitius, totus hæreticus, facile persuasit. Solimannus ergo ab ipso sollicitatus, cum centum & quinquaginta hominum millibus expeditionem suscepit, Pertao Bassa paullo ante præmisso. Si Ioannes rex ad Budam obuiam processit, regio habitu & stipatu tyranni manus deosculatus.

VII. Ex altera parte Maximilianus quoque in Italia, Hispania, Sabaudia, Germania, atque etiã in Gallia magnas copias contrahebat: in quo Bello Dux Guisus iunior multis comitatus proceribus, tyrocinium facere vitro voluit. Ecclesiastici interim precibus & supplicationibus cælestis numinis iram placare studebant: rumque institutum fuit, ut ad campanæ sonitum certis diei horis omnes vbicumque essent, sese prosterent, & flexis genibus Deum pro felici belli exitu comprecarentur; sic ut in exercitu Principes & magnates ex equis descendere flexis genibus & complicatis manibus precari, ac terram osculari visum sint. Quum vero Imperator quodam die Viennæ è fenestra prospectans, Lutheranos quosdam vidisset, campana sonante nihil se mouentes, hæc verba effectus esse dicitur: *Bone Deus! Vereor, equidem ne hominum istorum societas nobis damnosa sit & infelix.* Hæc quidem complures viri nobiles audierunt, & inter ceteros Timoreon Colfaxus Brisfacci Comes, cuius nomen in Gallijs hodieque celebratur. Sed quia instituti mei non est omnia, nisi ea quæ ad religionem spectant, persequi; cetera quæ consequuta sunt, facile silentio præteribo, quomodo Mahumetes Bassa singulari artificio morte Imperatoris in tot hominum millibus celata, & exercitum & thesaurum omnem Selimo filio Solimanni integrum conseruauit, & mortui hominis auspicijs, post sextum assultum, inexpugnabilem illam arcem centum maioribus machinis munitam, expugnauit; idque in conspectu Maximiliani Imperatoris, qui quum suis opem ferre non posset, Viennam tandem retrocedere est coactus. Selimus quidem ex Mahumetis consilio Constantinopolim profectus, Pertaum Bassam Ioanni tamquam rerum omnium inspectorem adiunxit; qui hinc Turca, illinc Arriano consilia ipsius moderante, tandem abiecta omni diuini honoris cura; vniuersam Transyluaniam hæreticis prostituit, Selimo, præceptorum patris, vel nescio vel obliuio.